

1512 gennaio 22, Verola Alghise.

*Decreto del luogotenente del podestà.* Donna Auriga Gambara, figlia e amministratrice del conte Nicolò, costituita davanti a don Girolamo Zanetto, luogotenente del podestà di Verola Alghise per i conti Gambara, fa donazione di una proprietà in Leno, contrada dell'Olmo, al dottore di arti e medicina maestro Comino Sacchetti di Verola Alghise, per le cure e i benefici da lui prestati a lei e alla sua famiglia in Verola e altrove, e si impegna a versare il compenso già pattuito di 100 ducati annui per i sei anni pregressi del servizio del medico in casa Gambara.

Brescia - Archivio di Stato: Notarile Brescia, filza 353, notaio Tonino Grena.

*Ediz.:* inedito.

---

(*trascr.:* T.C., 08.2008)

<sup>1</sup> IN xpisti nomine amen anno domini a·natiuitate eiusdem millesimo quingentesimo {duodecimo Indictione quintadecima die vigesimo secundo mensis Ianuarij In salotto nouo sito in castro merlino terre Verolealgisij districtus brixie. presentibus Baptista de gattis Mapheo quondam Alexandri de venturinis Magistro Iacobo quondam Tonini de temellis Mathia quondam ser Corsini de auedonibus de albino et Iohane Francisco quondam Bartholomei de canedulis omnibus habitatoribus dicte terre Verolealgisij –}<sup>2</sup> Testibus ydoneijs bone uocis conditionis et phame ydoneas facultates possidentibus rogatis et notis: ET asserentibus Cognoscere infrascriptas partes ET etiam presente reuerendo domino presbitero Bartolino tutto rogato se subscribere huic presenti donationis Infrascripto pro secundo notario secundum formam Iuris ac ordinum prouisionum et consuetudinum terre predicte Verolealgisij:

Constitut<sup>3</sup> Coram spectabili domino Hieronymo Zanetto pro Illustribus dominis Comitibus de Gambara Locumtenente potestatis verolealgisij sedente pro Tribunali super quodam bancho posito In salotto {suprascripto}<sup>4</sup> castrimerlinj. quem locum et quem banchum prefatus dominus Hieronymus Zanettus Locumtenens utsupra Ellegit et elligit sibi pro suo ydoneo et congruo Tribunali / et loco quantum ad hunc actum fiendum:<sup>5</sup> Magnifica<sup>6</sup> et generosa Matrona domina Aurigha vxor Illustris domini petri de Campofregoso nouarum domini: ac filia et administratrix<sup>7</sup> et agens nomine et vice Illustris domini Comitibus Nicolai de gambara: pro quo etiam ad Cautelam de ratho promisit: Sciens se et dicto nomine multum teneri et [dicto] nomine obligatam<sup>8</sup> fore et esse Infrascripto spectabili Artium [et] medicine doctori Celeberimo domino magistro Comino sachtetto || [2] de dicta terra verolealgisi Ibidem habitatori pro non nullis<sup>9</sup> ac varijs et diuersis medicamentis {seu medelis}<sup>i</sup> et Curis; ac beneficijs et pecunijs et alijs bonis receptis per ipsam dominam Aurigham et familiam suam a·dicto domino magistro Comino {pro salario seu mercede predicti [domini] magistrj Cominj<sup>10</sup> sibi promisse quod salarium sibi promissum ipsa domina Aurigha [a]sseruit esse de·ducatis centum quolibet anno et ad rationem anni. qui}<sup>m</sup> Iam annis {sex}<sup>11</sup> Circa continue In dicto opere {seruiuit domui sue}<sup>i</sup>: Et

---

<sup>1</sup> Il documento è stilato per intero da una mano elegantissima e fiorita (forse quella del secondo notaio: prete don Bartolino Tutto), con alcune correzioni e aggiunte di mano del primo notaio Tonino Grena. La numerazione delle pagine è redazionale.

<sup>2</sup> Queste 5 righe sono di mano del notaio Tonino Grena, inserite probabilmente in un secondo tempo nello spazio lasciato libero dal compilatore del testo.

<sup>3</sup> Corretto forse da «Constitutiti».

<sup>4</sup> Nell'interlinea, in luogo di «magno», cancellato.

<sup>5</sup> Seguono due o tre parole cancellate, di cui si comprende solo «Aurig».

<sup>6</sup> Segue «d», cancellato.

<sup>7</sup> Segue «et agentis», cancellato.

<sup>8</sup> Segue «esse», cancellato.

<sup>9</sup> Segue «et Varijs», cancellato.

<sup>10</sup> Segue «deben», cancellato.

<sup>11</sup> Nell'interlinea, in luogo di «decem», cancellato.

Volens<sup>12</sup> exhonerare etiam conscientiam maxime stante dicta promissione {sibi}<sup>i</sup> facta per prefatum dominum Comitem Nicolaum ipsi domino magistro Comino Cui promiserat dare et Cum effectu soluere et exbursare ipsi domino magistro Comino {dictis}<sup>i</sup> ducatis Centum quolibet anno et ad rationem anni {utsupra}<sup>i</sup> a dicto tempore Citra: quo ipse {dominus}<sup>i</sup> magister Cominus seruiuit et medela ac varia {et diuersa}<sup>13</sup> medicamenta prestauit tam ipsi prefato domino Comiti Nicolao quam filio et filiabus et alijs de sua familia {et tam In dicta terra Verolealgisij quam Brixie et nuolarie<sup>14</sup> et alibi}<sup>i</sup> Volensque et Ipsa domina Aurigha nomine quo supra bonam agnoscere fidem erga ipsum dominum Magistrum Cominum Ibi presentem et Acceptantem omni meliorj modo Iure via forma et Causa. quibus melius et validius potuit<sup>15</sup> et potest donauit et Titulo donationis Inter uiuos dedit et tradidit pure mere libere simpliciter ac Irreuocabiliter et sine aliqua conditione: ET que donatio vlllo unquam Ingratitudinis vitio<sup>16</sup> aut aliqua alia quauis causa reuocari non possit prefato<sup>17</sup> spectabili artium et medicine doctori excellentissimo domino magistro Comino habitatori terre predicte Verolealgisij Ibi presenti stipulanti et recipienti pro se suisque heredibus et successoribus: Nominatim omnes et quascumque possessiones et bona domos et Curtiua Iura aquarum<sup>18</sup> || [3] sita & Iacientia<sup>19</sup> super territorio de Leno {in contrata que dicitur al<sup>20</sup> olmo<sup>21</sup> quibus coherent amane strata ameridie strata partim et partim Illi de ogerijs<sup>22</sup> asero heredes quondam Magnifici domini Comitum petri de gambara saluis etc quantacumque sit<sup>23</sup>}<sup>24</sup> ad habendum tenendum gaudendum et possidendum dicta bona et Iura utsupra donata ET quicquid ipsi domino magistro Comino suisque heredibus et successoribus deinceps {de eis}<sup>i</sup> perpetuo placuerit faciendum Vna Cum omnibus et singulis que dicta Bona utsupra donata habent supra se Intra seu Infra se In Integrum omnique Iure ratione et actione Vsu honore seu requisitione et ijs vsibus vsancijs terminis confinitibus aquis et aqueductibus et omnibus et singulis alijs dictis Bonis utsupra donatis modo aliquo spectantibus et pertinentibus tam de Iure quam de facto quam etiam ex consuetudine: dans Cedens Transferens et mandans ac dedit Cessit, Transtulit & mandauit [dicta] domina Aurigha {donans}<sup>i</sup> agens utsupra dicto domino magistro Comino donatario presenti et stipulanti utsupra omnia Iura omnesque rationes et actiones reales et personales vtilis et directas mixtas & ypotecharias et alias et alia quascumque et quecumque ipsi domine Aurighe agentis utsupra In dictis bonis aut dictis bonis donatis utsupra modo aliquo spectantes<sup>25</sup> et pertinentes et spectantis Et pertinentis competentes et competentis Competituras et Competiture ET que quouis modo de Iure spectare et pertinere possent poterant et potuissent: ponens et posuit dicta domina Aurigha agens nomine quo supra ipsum dominum Magistrum Cominum presentem et stipulantem vtsupra nomenque eius locum Ius et statum In predictis ut In rem suam propriam || [4] ET ipsum dominum magistrum Cominum suum verum Certum nuncium et legitimum proCuratorem Irreuocabilem ad predicta Constituit tam In agendo quam In deffendendo: promittens semper de rathum habendo: ET que bona donata utsupra dicta domina Aurigha se nomine dicti domini magistri Cominj Constituit possidere. donec ipse dominus magister Cominus per se uel alios eius nomine de eis tenutam et Corporalem Acceperit et Intrauerit possessionem: quam accipiendi et Intrandi {sua propria auctoritate}<sup>i</sup> ET deinceps perpetuo retinendi eidem domino magistro Comino {licentiam omnimodam}<sup>i</sup> Contulit atque dedit:

<sup>12</sup> Segue «aliquantum», cancellato.

<sup>13</sup> Nell'interlinea, in luogo di «d.», cancellato.

<sup>14</sup> La seconda lettera sembra stranamente corretta in "l", perdendo il senso («nliolarie»; ma forse si voleva correggere la seconda "u", per dare «nibolarie»).

<sup>15</sup> Cancellato un segno superiore di abbreviazione.

<sup>16</sup> Scil.: «vitio».

<sup>17</sup> Segue «domino magistro Comino», cancellato.

<sup>18</sup> Segue «et alia omnia et quascumque alia bona [...]», cancellato (le ultime parole sono illeggibili).

<sup>19</sup> Segue «In terra et», cancellato.

<sup>20</sup> Segue «ledol», cancellato (la lettura però non è certa).

<sup>21</sup> La prima "o" corretta.

<sup>22</sup> Corretto da «onorijs».

<sup>23</sup> Segue, nella aggiunta marginale, «Inter dictas coherentias», cancellato.

<sup>24</sup> Nel margine sin., di mano del notaio Tonino Grena. Segue, nel corpo del testo, «districtus Brixie», cancellato.

<sup>25</sup> Corretto da «spectantibus».

{promittens}<sup>i</sup> Insuper dicta domina Aurigha ac conuenit et solemniter promisit dicto domino magistro Comino presenti et stipulanti vtsupra de dictis Bonis utsupra donatis nec aliqua eorum parte eidem domino magistro Comino aut eius heredibus nec<sup>26</sup> successoribus vllo vnquam tempore litem questionem Causam uel controuersiam non mouere nec mouenti<sup>27</sup> consentire / nec presentem donationem Ingratitudine uel aliqua alia Causa reuocare ET omnia et singula suprascripta et Infrascripta et In presenti instrumento contenta et deducta perpetuo et omni tempore habere et tenere firmam ratham et gratham / ac firma ratha et gratha attendere & obseruare et In aliquo non contrafacere / nec contrauenire aliqua ratione Causa uel Ingenio de Iure nec<sup>28</sup> de facto: Item reficere restituere et Emendare ipsi domino magistro Comino eiusque heredibus & successoribus omnia et singula damna expensas et Interesse que et quas vllo tempore facerent seu paterentur pro predictis non sic seruatis et eorum Causa et occaxione tam In Iudicio quam extra: pro quibus omnibus et singulis sic perpetuo [...]ttendis [et] obseruandis dicta domina Aurigha obligauit [se] dicto nomine personaliter et omnia et singula sua bona dicto nomine dona presentia || [5] & futura pignorj dicto domino magistro Comino presenti et stipulanti Vtsupra: Constituendo se ea bona preCario nomine dicti domini magistrj Cominj possidere / renunCiando exactionj non sic facte p<re>sentis donationis: et non sic In singulis suprascriptis fuisse et esse & iam [?] omnique alteri suo Iuri et Legum auxilio omnibusque statutis consiliis ordinibus prouisionibus reformationibus et decretis Comunis & populi Brixiensis ET alionde<sup>29</sup> factis et fiendis In contrarium ad predicta<sup>30</sup> uel aliquid predictorum {quouis modo operatis}<sup>i</sup>

Qui dominus Hieronymus Zanettus Locumtenens utsupra prius admonita & Certificata dicta domina Aurigha quod Bene aduertat quid agat In sic donando: ET Interrogata si ipsam donationem fecit ex eius Certa sci[en]tia aut vi dolo uel metu<sup>31</sup> circonuenta / et Certifiata quicquid Importet taliter donare ET suprascriptis renunCijs: prefata domina Aurigha respondendo dixit quod ipsam donationem fecit {et facit}<sup>i</sup> sponte et libere et non aliter seductu {nec decepta In premissis}<sup>i</sup> ET quia multu<m> tenetur ipsi domino magistro Comino {occaxione predicta}<sup>m</sup> Cui promissum fuit dare dictos ducatos Centum singulo anno pro eius merCede: et sic sub promissione dicti salarij sibi utsupra taxati {et promissi eidem et toti domni}<sup>i</sup> seruiuit et medelam prestitit per dictos annos {sex}<sup>32</sup> {Quibus Attentis et Attenta dicta<sup>33</sup> donatione utsupra facta Idem {dominus}<sup>i</sup> magister Cominus agens pro se suisque heredibus et successoribus liberauit absoluit ac absoluit [et liberat] suprascriptam dominam Aurigham [ibi presentem] et stipulantem ac [agentem] nomine quo [supra] ab omni et toto eo [quod] dici [potest posset ac] poutisset [quouis ex] Causa uel occaxione usque In presentem diem<sup>34</sup>

Quibus omnibus et singulis Ita peractis prefatus dominus Hieronymus Locumtenens vtsupra sedens utsupra Cum plena Cause Cognitionis<sup>35</sup> suam [et predictorum Illustrium] dominorum Comitum de Gambara ac comunis Verolealgisij auctoritatem [in]ter posuit pariter et decretum

de quibus omnibus et singulis rogatus sum ego Toninus de grena notarius Infrascriptus publicum conficere Instrumentum ad laudem sapientis || [6]

<sup>36</sup> Vna cum Infrascripto domino presbitero Bartolino de tottis pro secundo notario<sup>37</sup>

<sup>26</sup> Corretto da «et».

<sup>27</sup> Segue «contr», cancellato.

<sup>28</sup> Corretto da «uel».

<sup>29</sup> Scil.: «aliunde».

<sup>30</sup> Segue «quouis modo opperantibus», cancellato.

<sup>31</sup> Segue «con», cancellato.

<sup>32</sup> Nell'interlinea, in sostituzione di «decem», cancellato. Segue «pret», cancellato.

<sup>33</sup> Segue «promissione», cancellato.

<sup>34</sup> Nel margine sin. Dalla metà in poi, il testo della aggiunta diviene quasi completamente illeggibile per una macchia sulla carta: le integrazioni redazionali (tra parentesi quadre) sono puramente ipotetiche.

<sup>35</sup> Scil.: «cognitione».

<sup>36</sup> A partire da qui, di mano del notaio Tonino Grenà.

Ego Toninius filius Magistri Iacobi de grena publicus Imperiali auctoritate notarius predictis omnibus Interfui etc ||

---

<sup>37</sup> Nello spazio in alto a ds «Instrumento fatt per don hyeronimo zanet», cancellato.